

omnibus celo, prout habet scđi Paralipo 2  
xxvi. Edocetur ibidē plenissime ipse spiri-  
tus de vinee sue cultura, quod id inferendūz,  
quid verescendū est, et quid mercedis  
recipiendū. ¶ Introducit interim in cel-  
lam charitatis vinariā z vino deuotionis  
potatur quo inebriatus iam se nō capit in  
se. Viuit namq; vbi totus amor suus est.  
Vbi autē amor/ ibi z cor, vbi vero cor/ ibi  
vitam esse necesse est. Quod ille tertiu in celū  
raptus inuenit. Nostra inquit cōuersatō  
in celis est. Hoc de viris sapientie deditis  
maxime dictū crediderim. ¶ Interea apđ  
ipm spiritū omnis mortaliū subit obliuio  
nō terrenoz cura surrepit. Et si verbis ri-  
gidi illius Ipolitici apud tragediū Sene-  
cam vti mur/ nō illū amare mentis inflam-  
mat furoz, non aura populi z vulgus infu-  
dum bonis, nō pestilens inuidia in mate-  
ria nō fragilis fauor, non ille regno seruit,  
aut regno imminens vanos honores se-  
quitur, aut fluxas opes, spei metusq; liber  
non scelera populosas inter vrbes sita no-  
uit, nec omnis pscius strepitus pauet aut  
verba fingit mille aut querit tegidur. co-  
lumnis, sed rure vacuo potēz z aperto ethe-  
re modo cui errat. Ethera ac uicem petit z  
teste celo viuit. ¶ Quā dispar z qđ dissilis  
hec vita est illi cui idem Seneca memi-  
nit tragedia patet Act. ij. Ille inquit sup-  
bos aditus regum/ durasq; fores expers  
somnia colit, ac nullo sine beatas cōponit  
opes gazis inbians z cor/ resto pauper in  
auro. Illū populi fauor attonitū, fluctuq;  
magis mobile vulgus aura tumidum vol-  
uit inani h clamosi rabiosa fori iurgia vē-  
dens improbo iras z verba locat. Hec ille.  
¶ Non poterāt duplicis vite, terrene z spi-  
ritualis/ aduersi mores describi proprius  
sed nec fidelius dici. ¶ Id vero totum ad  
illud redit/ qđ de secundariū vineariū cultori-  
bus/ nuper expōsum est, quozū ibi sunt mū-  
dani ac bestiales viri, quos in vineā suam  
mittit terrena ac diabolica sapientia. Pri-  
mi autē sunt spūales homines, quos vera  
sapientia que christus est/ elegit p gratiaz  
et misit illos in vineā suā, que fuerunt ver-  
ba a principio proposita. Vbi correspon-  
denter ad dicta cernere licet qđ ipa sapien-  
tia/ artis doctos conspiciat, auctoritatem  
sūministrat, qđ misit illos. Hec inertes nō  
receptat, laboratores puros optat illos  
oparios. Sibi soli nō laborat sed singu-

los curat in vineā suā. De primo misit il-  
los pdicare regnū dei Math. x. Ad missio-  
nem auctoritas refert, ad pdicationē vero  
scientia, z idez habet Math. iij. z Luce. i.  
De scđo Ecc. ix. Quicqđ potest manūa  
incessanter opare cōtra ignauā, Et Ecc. i.  
xxiij, inquit ipa sapientia, Qui operatur  
in me, nō peccabunt Ecce puritatē. Ideo  
Hieronymus Ama scientiā scripturarum z  
carnis vitia nō amabis. Pro tertio Ecc.  
xxxiij, ait ihs filius syrach, Quas qui vin-  
demiat repleui torcular, quoniam nō mihi  
soli laboraui sed omnibus exquirētib; disci-  
plinā. Pro tribus simul in typo fortis mu-  
lier habet puer, vlti, De fructu manuū sua-  
rū plantauit vineā. In plantatione notat  
ars z doctrina, In fructu manuū/ operatō  
beata, In vinea vbertas opulenta, Ut ei  
tribuat illud Lan. vij, Uberta tua sicut bo-  
trus vinee z guttur vini optimū. ¶ In h  
orationis huius tertie finē statuo, Hūc autē  
libet isdem verbis quibus rhetorica z suam  
Aresto, finit/ collationem terminare. Itaq;  
dixi, audistis, tenetis, iudicate, Dixi sed ru-  
diter, Audistis benigniter, Tenete fidelit  
Et iudicate salubriter, vt certā vestram vo-  
cationē faciatis, i. pe. i. z sitis iugiter sicut  
vitis abūdans in lateribus domus domini,  
vt deniq; vobis ppinet vinū eterne iocun-  
ditatis, ille qui vitis vera ē dñs noster ihs  
xps qđ est bñdictus in secula seculoz Amē

## Sequitur sermo

de conceptione beate virginis qui ascribi-  
tur eidē cācellario, sed suus eē nō apparet.

**T**ota pulchra es amica mea, et  
macula nō est in te Lan. iij.  
Vgri mei venerādi et p̄es  
dilectissimi/ vt grā almi spūs  
sācti i nos velit redūdare ma-  
riā plenā grā, sic habeo inuocare, aue virgo  
fons grē, tota grōsa, tota pulchra facie, vgo  
q; formosa, sola sine scabie mactāq; rosa.  
¶ Tota pulchra es zc, Vgri mei reuerēdi  
dū qro mētalit huius vbi glosā repio beatā  
virginē apđ desi hoiez creatā formosā, Hā  
in supmo cardie, quōdā sub imāgie fuit fe-  
stū celebratū, Cū multo solennio, gto stu-  
bernio, qđ laudat cer? yatiū, Scādūt ex h  
neblā, vgies sine mactā, fuit festū disputa-  
tum, Concludum est z terminatū, qđ ami-  
ca regi data, tota pulchra est creata, nunq;  
quozq; maculata, sic fuit sententiatum.

## Sermo factus in die

**E**cce magistri mei q̄ festiuitas solēnis q̄ grata q̄ pennis. tota pulcra. Quedā lis sup dilecta. sup re nunq̄ neglecta qz amica mea. Respōsio q̄ gaudiōsa z sentētia q̄ famosa. macula nō est in te. **J**uxta h̄ tria nostra cōsideratio. tractatu triplici est par tita. Primus tractatus dicit festiuitatem tam solēnem. tam grata tam pennē. Juxta primū tota pulcra. Secundus tractat̄ docet de lire sup dilecta. sup re nunq̄ neglecta iuxta scdm amica mea. Tertius tractatus dicit respōsionē gaudiōsam ad sententiā tam famosam. macula nō est in te.

**Q**uantū ad primū tractatu; nostre considerationis que notat festiuitatem solēnez zc. Est magistri mei deuote specularandū/ fuisse festū solenne de quo p̄pheta zach. vltimo loquit in bec verba Percutiet domin⁹ omnes gentes q̄ nō ascendūt ad celebrandū festū tabernaculo rum. In quo festo. Primo tabernaculum stellare dat mundo solennium. Scdo. tabernaculū solare dat mūdo solaciū. Tertio. tabernaculū regale dat mūdo spectaculum. Quarto. tabernaculum diuinale dat mundo scrutiniū. **P**rimo namq; marie caro in hoc festo fuit vt stella formata. Ecce primū tabernaculū. Scdo in hoc festo marie anima vt sol creata Ecce scdo tabernaculū. Tertio in hoc festo fuit maria tota sup naturā dotata Ecce tertium tabernaculum. Quarto in hoc festo fuit maria tota ex gratiis vallata Ecce quartū tabernaculum. **I**n hoc nempe festo in supremo cardine sub imagine celebrato. visus ē oli rex ille de quo Hieremie. iij. Quis non timebit te o rex gentiū. tuū est enī decus inter cunctos sapientes gentiū z in vniuersis regnis eoz. nullus est similis tibi. Hic rex altissimus visus est olim formare sibi tabernaculū scz marie carnem/ in mūdicia stellari. Numeri. xxiiij. Visus est sibi formare tabernaculū. s. marie carnem. sine lāguore locali. puer. vlti. Visus est sibi formare tabernaculū scz marie carnem sine lege carnali Aug. in sermone. **A**d hāc nēpe visionē considero hui⁹ vie tres sapientes in spiritu eleuatos. **E**cce primus de lege nature Balaam filius beoz in quādā visionē eleuatus vidit mulierē fm carnem formari in mundicia stellari. Dicitur in q̄t stella ex Jacob et confurget virga de israhel. s. maria fm carnē. parat Numeri. xxiiij

cū ibi notatis. **P**ost bec de lege scripta sapientissim⁹ salomon in quādā visionem imaginariā eleuatus. vidit pcul mulierez forte. **M**aria scz fm carnē formari. sed fortitudo z decor indumentū eius. s. carnis sine lāguore nature puer. vlt. Post bec de lege gratie beatus Aug. in quoddam lumē viuificū elauatus/ vidit matrē dei formari fm carnem. prupit in bec verba Quis potuit in hmōi anima vel carne locus esse vicioz. quādo ad celi vicem cōtinentis oia. dñi templū est effecta. Hec ē reuera illa domus dei de qua p salomonē dicit. Sapientia edificauit sibi domū. excidit columnas septē. Nāq; virginalis hui⁹ domus columnis fulcita est. qz venerāda bec mater dñi. septē spūssancti donis dotata fuit. quā talē vtiq; eterna sapientia edificauit vt digna oino esset ex q̄ ipse carnē assumeret i inestimabile p̄ciū salutis hūane. Quid dignū hac virgine. qd sanct⁹ in hūani generis serie potuerit exoriri. Hec Aug. in sermone. Igit̄ nunq; fuit in carne marie loc⁹ vel radi⁹ vicioz vt vult Aug. Quare videt aliq̄ bu⁹ q̄ nūq; in ei⁹ carne fuit lāguor nature vel lex mēbroz. vel fomes peccati. vel dñi um politicū volūtatis ad sensuz. sed dñiuz despoticiū. sicut i statu prime innocētie. caroz mūdissima a p̄cipio sui. z tabernaculū altissimi dei filio p̄paratū. Et hoc ē primū tabernaculoz qd hodierna festiuitas solēnisat. Et sic p̄z qliter tabernaculū stellare dat mūdo solēniū. **S**cdo dico qz tabernaculū solare/ dat mūdo solaciū. Nam scdo ordine tēpoz. p̄fat⁹ rex sub illa visione imaginaria visus est sibi formare aliud tabernaculū. ad modū inebriantis p̄ubernij per amorē scz animam marie. a sui p̄ncipio vt radijs solaribz mūdissimis fulgentem. quā vidēs augmētata natura in lumine glorie. festo gaudiōso in creationis p̄cipio eā cōsidero decātare. Pulcritudo ei⁹ est vt spēs celi in visione glorie Eccl̄. xliij. Aspect⁹ ei⁹ vt sol i exitu. vas plenū grē Ibi dē. Hec vas castroz lux. i excelsis ordiata acie Ibi dē. Uide arcū celi. benedic factorē potentē curie Ibi dē. Landorē hui⁹ admirabilē ocul⁹ tūmes in glacie Ibi dē. **A**d q̄s cant⁹ nōnullos viatores qdā luce imaginaria cōsidero i spū eleuatos. **A**d hāc forme visionē eleuat⁹ sub lege nature sanct⁹ vir Job cū vidit solem fulgere quo ad animā marie. z lunā incedentē clare. q

ad eius carnem. et letatū est cor eius in abscondito. patet Job. xxi. cū suis notatis. Nam ille vsq; ad fidem mediatoris christi ponit eleuatus. patet supra. xix. Ad hanc visionē de lege scripta ponit nōnulli alii eleuatū. s. intellectualiter sanctā regem dauid. cū vidit sponsū in sole ponere tabernaculū suū. et cum sole anime. carnem viuere Marie. ps. xiiij. cū ibi notatis. Ad hanc visionē de lege gracie beatus Ambro. ē assumpus. qui videns marie animam a sui principio pseruatione redemptā ait. Nec mirū si dominus redempturus mundū. operationē suam inchoauit a maria vt p quā salus omniū parabat. eidē primo fructus salutis hauriret ex pignore. Quid enī nobilius dei matre. Quid splendidius ea quā splendor elegit. Ut de ceteris eius virtutibus taceā. virgo erat non solū corpore sed et mente. Hec Ambro. sup. Luc. Et in li. de sancta virginitate. Sicut patet ex visione sancti Ambro. nō fuit a casu eleuata sed pseruata. alias nō virgo mente si peccato corrupta. Et sic patet qualiter tabernaculum solare dat mundo solaciū. **T**ertio dicit q; tabernaculus regale dat mundo spectaculū. Nam in tertio ordine nature. sub illa visione imaginaria. pfatus rex visus est formare sibi aliud tabernaculū ad modū regalis triclinij pro lectulo salomonis. scilicet mariam sub natura dotatam. cum vnitus est sol stelle. scilicet anima virginis sue carni. In cuius vnione quas natura angelica protulit laudes/ et terrenis sumitur argumentū. Cum Quidiū Hasso existens in insula ponti ad visionē huius tabernaculi aliquo modo eleuat. de hac virgine in libro tertio de vetula prorupit in hec verba. Vanda quidem magni animi. magniq; decoris. Pluris honestatis. Et ecce Albumazar sub enigmate. et in illis nebulis existens/ ad visionem huius tabernaculi aliquo modo est assumptus ipso teste lib. vi. maioris introductorij. Et iterū existente sibi illa. virgilius maro in europa ad visionē huius tertij tabernaculi est eleuatus ipso teste in Bucolica Egloga quarta. Ultima cum ei iam venit carnis etas. Jam redit et virgo et. Qualiter hieronymus in rhoma existens altiori lumine eleuatus hoc tabernaculū virgineū contemplans dicebat. Quid nobis tantilli. quid actione pusilli. quid in eius laudibus refera-

mus. cū etsi omnium nostrū mēbra verteretur in linguas eā laudare sufficeret nullus Altior enim celo est de qua loqui nitimur Abyssus profundior. cui laudes dicere conamur. Si celum inquit te vocem altior es. Si matrem gentium precellis. Si formam dei te appellem digna existis. Si dominā angelorum digna esse probaris. Quid ergo digne de te dicam? Hec Hieronymus in sermone. Sic patet qualiter tabernaculum regale dat mundo spectaculū. **Q**uarto dico q; tabernaculū diuinale. dat mundo scrutinium. Nam quarto ordine nature/ prefatus rex visus est sibi formare aliud tabernaculum ad modum sacrarij spiritualis. Non quidem aliud quo ad rationē essentialē. sed aliud quo ad rationē moralē. s. totā mariā in principio sui aliter se habentem sub magnitudine gratiā q; prius ordine cause sub altitudine nature In cuius gratia pgressu ipse rex eam taliter commendabat. Ecce tu pulchra es amica mea. ecce tu pulchra. Lant. i. Sicut lilium inter spinas. In fra. c. sequenti. Oculi tui sicut colubaz. eodem cap. Sicut vitra coccinea labia tua et eloquium tuū dulce. infra eodē. c. Hasso tuū sic turrem lybani q; respicit damascū. infra ca. vij. Collū tuū sicut turrem eburnea. ibidem. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamētis. filia principis in calciamētis scz carnis. supra eodē cum ibi notatis. Statura tua assimilata ē palme et ybera tua borris ibidē. Tota pulchra es et. vbi thema. Sic eam ei cantor ille rex altissimū commendabat. **Q**uas laudes audiens in spū ille sapientissimū salomon vidēsque sub lumine illud quartū tabernaculū. hanc virgineū gloriosam/ querebat de ea. Que est ista que pgerditur quasi aurore surgens. quo ad totā in naturalibus. Pulchra vt luna q; ad carnes Electa vt sol quo ad aiā. terribilis vt castroꝝ acies ordinata q; ad totā in gratuitis Lan. vi. **E**t cū nullus sibi ruderet iter atq; iterū querebat. Que est ista. vt supra Lan. iij. Et infra. eadē naturā angelicā ad questionē pfatas psero respōdisse. hec est stella maris vite via. porta salutis. Regula iusticie. limes pietatis origo. Virtutis venie mī. talamq; pudoris. Orius pelusius. fons psignat oliua. Fructificās. cedi redolēs. paradisus amen. Virgula pignit. vinaria cella liquore. Predita diuino nectar celeste ppinās. Hec scia spineti florens rosa.

# Sermo factus in die

nescia culpe. Bratic fons. expers limi. lux  
nubila pellens. Spes miseris. medicina  
reis. tutela beatis. Proscriptis reditus. er  
ranti semita cecis. Lumen delectis reches  
pauisatio fessis. Nec alan<sup>o</sup> i antiaudiano

**Hanc ergo respon-**  
sionem audiens petrus comestor / prupit  
in hec verba.

Si fieri posset / q arene puluis ⁊ vnde.  
Undarū gutte. rose. gemme. lilia. flamme.  
Ebera celicole. nij grando sexus vterqz.  
Ventoz pēne voluctū pecudū gen<sup>o</sup> omē.  
Siluaz rami. frondes. auū qz penne.  
Ros gramen stelle piscis anguis ariste.  
Et lapides. mōtes pualles terra dracones  
Ligue cūcte forēt mīme depromere possēt  
Que sis vel quāta. virgo regina maria.  
Que tua sit pietas. nec lra nec dabit etas.

**Ergo ⁊ fratres charissimi** ascēdite vos  
in spiritu ⁊ videbitis. **Maria**z absqz pari  
pulcrā. absqz fari. qz tota pulcra. **Mariam**  
amorosam. valde gratiosaz. qz amica mea.  
**Mariā** in cōceptu absqz omni defectu. qz  
macula nō est in te. **Videte ergo mariā**  
sine culpa quo ad mentez quo ad carnem.  
quo ad dentē. qz tota pulcra. **Videte mari**  
am prepatam suo nato iam dotataz. quia  
amica mea. **Videte mariā** sine peccato ori  
ginali. absqz fato. qz macula non est in te.  
**Ergo dic** gens pharisea. **Tota pulcra es**  
amica mea. nec est in te macula. que fuerūt  
thematis verba.

## **Sequitur secūdus**

tractat<sup>o</sup> nostre p̄sideratōis qui notat de li  
te sup delicta. sup re nūqz neglecta. cum sit  
amica mea. **Ubi** est deuote speculandū in  
hoc festo fuisse quandā litē. de qua monet  
sapiens Ecclī. iij. dicēs. **Nō** p̄tendas cum  
hoīe locuplete. ne forte p̄tra te p̄stituat litē  
**In** qua lite primo actor p̄ntat. **Secdo** cau  
sa p̄alat. **Tertio** reus p̄notat. **Quarto** cā  
disputat. **Primo** nanqz in lite hui<sup>o</sup> festi  
tabernaculoz regis/actor p̄ntatur scz octo  
vetule que sepe ad hoc festū scandūt ex hac  
nebula furibūde. **Prima** vocatur lra occi  
dēs. **Secda** ratio litigiosa. **Tertia** species  
sophistica. **Quarta** superficies canonum.  
**Quinta** apparētia legis. **Sexta** falsa ma  
thesis. **Septima** falsa poesis. **Octaua** su  
spitio heretica. **Ascēdūt** ad hoc festum/  
octo vetule. **Lra** occidēs in vultu iā ruga

ta. **Ratō** litigiosa rixis comitata **Spēs** so  
phistica fallacijs armata **Superficies** cano  
nū penit<sup>o</sup> inflata. **Apparētia** legis/appa  
rēs aduocata. **Falsa** mathesis ex gestis dif  
famata. **Falsa** poesis apparēter adoznata.  
**Suspitio** heretica tremēs antiq̄ta. **Lra**  
bis vetulis ascēdit ad hoc festū. **Lis** gūis  
ira furēs. odiū imortale. pennis rancor. in  
human<sup>o</sup> strepitus. p̄gressio dira. **Questio**  
difficilis quā nulla solutio sedat **Juxta** na  
sonē scdo de vetula. **Sicqz** p̄z qualiter in  
hac lite actor p̄ntat. **Prima** ḡ vetula scz  
lra occidēs in illa vssione imaginaria frica  
do vultū. scalpēdo caput/in regis p̄ntia lo  
quit in hec verba. **Iust<sup>o</sup>** quidē es dñe si dif  
putē tecū veritū loqr ad te vt scribit **Hie**  
re. xij. **Ecce** astat regina a dextris tuis i ves  
titu deaurato ps. clij. **Que** tū fuit in ori  
ginali peccato p̄cepta. **Argu.** supra ps. liij.  
cū ibi notatis. **Nā** oēs declinauerūt simul  
inutiles facti sunt ⁊c. vsqz ad vnū scz xp̄m  
fm glosa. ergo regina fuit inutilis. ⁊ aliqñ  
declinauit. **Nec** mix qz nō iustificabit in  
p̄spectu tuo oīs viuēs. **Infra** ps. clij. **Su**  
per hoc sapiētissim<sup>o</sup> salon lustrauit ynuer  
sa. ⁊ virū de mille vnū repperit. **Mulieres**  
ex oīb non inuenit **Ecclī. viij.** **Nō** p̄firmat  
apls **Ro. iij.** **Dēs** in adā peccauerūt ⁊ egēt  
grā dei. **Et** d hoc infra ca. v. **Sicut** p̄ vnū  
hoīez peccatū intrauit in q̄ oēs peccauerūt  
**Et** eph. ij. **Eram<sup>o</sup>** natura filij ire. glo. aug.  
**In** hac ira oīs hō nascit **Un** p̄z iustissime  
iudex qz maria fuit in peccato originali cō  
cepta ⁊ p̄ p̄sequēs festū de eius p̄ceptione  
celebrari nō debet. **Secdo** surgit secūda  
vetula scz ratio litigiosa dicēs se velle hoc  
probare cuidēti ratōne. **Quā** maria fuit re  
dempta a filio suo. sed nō nisi a captiuita  
te ⁊ peccato. ergo p̄traxit aliqd peccatum.  
**Secdo** maria habuit fomites. sed fomes ē  
sequela peccati. ḡ ⁊c. **Daior** p̄z in li. iij. di.  
iij. c. ij. **Tertio** maria fuit mortua. s̄z mors  
est seq̄la peccati. ḡ. **Quarto** maria fuit mū  
data ⁊ sanctificata sed nō nisi a peccato. ḡ.  
**Daior** p̄z li. iij. di. iij. c. iij. **Quinto** si ma  
ria fuisset mortua añ filiū/iuisset ad limbū  
patz. sed nō nisi p̄pter pctm. ḡ. **Daior** p̄z  
qz ianna celi n̄ fuisset apra nisi p̄ passionē  
filij. di. c. iij. tertij ca. si. **Sexto** caro xp̄i fuit  
obnoxia pctō. sed illa ē rō peccati original  
ḡ. **Daior** p̄z. iij. di. tertij ca. i. **Septio** ma  
ria fuit decimata in lūbis abrae. sed ido qz  
in originali p̄cepta. ḡ. **Antedēs** p̄z. iij. di. c. iij

Octauo. In maria fuit fames et sitis et multum te alie pene tractate, sed isti sunt effectus peccati originalis. In ea fuit causa. **Tertio** surgit tertia vetula. scilicet spes sophistica dicens se velle hoc subtiliter deducere. Solus christus fuit sine peccato originali conceptus, et nihil quod non est christus fuit sine peccato, sed maria est aliquid quod non est christus, ergo etc. **Exclusiua** patet per sanctum Augustinum. li. de bapt. paruulorum. Et libro contra Iulianum hereticum. Et supra ps. xciiij. Et per Ambr. sup. Luc. Et per Hieronimum. sup. illud psalmi de manu canis unice mea. Et per Berylum. li. moralium. Et per Damascum. iij. sententiarum. Et per Anselmum. Turdeus homo. Et per Bernardum. in epistola ad canonicos lugdunenses. **Quarto** surgit quarta vetula. scilicet superficialis canonum dicens hoc esse exemplum suum de se. dist. iij. Firmissime. z. iij. di. ca. pronuntiandum. in glo. igitur. **Quinto** surgit quinta vetula. scilicet Apparentia legis clamans. **Lex dicit** Si filius familias extranee persone sit in adoptionem datus. et hoc iura potestatis naturalis minime dissoluitur. In istis de adoptionibus. scilicet hodie non obstant. in Maria adoptione gratiosa. adhuc fuit obligata culpe iure naturali fraterno. **Sexto** surgit sexta vetula. scilicet falsa mathesis dicens in prima facie signi virginis ascendit hec puella. et in ipsius manibus sunt spice suspense. et vestimenta vetusta. teste Albumasar. vi. li. maioris introductorum. Et de hoc Haleso. iij. de vetula. scilicet talia vestimenta significant veterem hominem cum actibus suis. ergo ipsa induit veterem hominem. **Septimo** surgit septima vetula dicens hoc esse notum per communia metra que notat Petrus cretensis. sup. Cantica dicens. Non aliquem potuit sine culpa gignere mundus. Solus huius christus fuit inter milia mundus. **Octauo** et ultimo surgit octaua vetula. scilicet heretica suspicio vel fima alios nominatur presumptio temeraria. dicens Iustissime rex dicere quod Maria non contraxit peccatum originale. hereticum est censendum. et ex ipse contra fide. et persequens omnes sic tenentes sunt infideles. Primo sic dicere est contra determinationem ecclesie que approbat omnia dicta scriptorum patrum in. c. Sancta romana. di. xv. in decretis. Sed multi sancti dicunt eam in peccato originali esse conceptam ut Anselmum. Bernardum. et ceteri igitur. Secundo quod est exemplum contra sacra scripturam. igitur heretica. Losequentia patrum per Hieronimum. xciiij. q. iij. c. hereses. in decretis. Annotum est ex dictis. Tertio quod Augustinus. in li. de

fide ad petrum post capulum. Firmissime. sic dicit petro. Si quem contra hoc principem cognoueris tanquam pestem fuge et hereticum abijce ergo etc. Quarto quod hoc festum sine falsitate fidei dogmatizari non potest. ergo hereticum contra patrum. et antecedens arguit quod hodierna festiuitas non est de conceptioe seminum. quod ibi libido affuit. nec de conceptu carnis quod nec fuit hodie. neque de creatioe anime. quod non fuit hodie nec in totum eadem ratione ergo iustissime rex festum non debet celebrari. Et sic patet quomodo in hac lite causa. **Tertio** dico quod in hac lite re notat. Nam post haec omnia dicta vetularum locutus est rex dicens. Hec causa vestra vestri deo regina est de qua festum facimus. Ait prima vetula. Heu quomodo domine mi rex. veritas non est regina. Et rex. Quis est ergo rex? quomodo agit? Ait prima vetula. Sunt quedam puellae viatrices modicum sapientes. Et rex. Audiatur. Et ecce scandit ad hoc festum tabernaculum octo virgines viatrices verecunde et timide que in conspectu omnium celestium admirabiles videbantur. Prima Vera theologia in vultu gatiuosa. Secunda Ratio probabilis in gestu amorosa. Tertia Patens auctoritas in grata velut rosa. Quarta lex canonica in habitu formosa. Quinta lex civilis tota imperiosa. Sexta vera mathesis apud multos preciosa. Septima dulcis poesis super fauam dulcorosa. Octaua fides pia firma et radiosa. Iste octo virgines in illa visione imaginaria fecerunt partem in causa regine virginum quam iam gratissime cognouerunt. Et sic patet quod et qualis in hac lite re notat. **Quarto** dico quod in hac lite causa disputat. Nam per haec omnia prima homo scilicet vera theologia cum honestate indicibili. in regis presentia loquitur in haec verba Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda. videam yltionem tuam ab eis Hieronimum. xli. Tibi enim reuelavi cam meam. Infra eodem ca. Ecce assistit regina a dextris tuis in vestitu deaurato ps. clviij. Que nunquam fuit in originali concepta. Argui. i. ps. xcij. cum ibi notat. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Nam hec regina est domus tua quam tu edificasti super columnas septem spiritus septiformis patrum Sapientia. ix. cum ibi notatis per Augustinum. Que ab initio et ante secula creata est. et per omnes in statu initiali primorum parentum. patrum Ecclesie. xciiij. cum ibi notat. Item necdum erat abyssus. i. peccata. et ipsa iam concepta erat notat. per uer. iij. Item hec est illa stella quam vidit balaam Numeri. xxiiij. Et si stella ergo a pegrinis

Q

R

AD 2

## Sermo factus in die

impmissionibus aliena et abstracta. ergo a peccato originali preseruata. Item hec est illa arca de lignis serbim impuribilibus. p. 3. Exo. xxvi. cum ibi notatis. ergo ligna huius arce virginis fuerunt ab omni putredine preseruata. Item hec est mulier illa fortis quam vidit salomon cuius lucerna non fuit exincta in nocte peccati. p. 3. puer. ultimo cum ibi notatis. Item nunquam tumuit domus tua illa a frigiditate frigoris peccati in ea. Item hec est illa porta quam vidit Ezechiel quam nunquam fuit aperta. p. 3. Ezech. xliij. ergo per eam nunquam intrauit peccatum. Item hec est illa regina de qua Hester xv. Non propter te. sed propter omnes lex hec posita est. Item Nonne a principio sui pulchra est amica tua et macula non est in te ut in thymate. Unum Iustissime rex p. 3. q. maria fuit sine peccato originali concepta et persequens hoc festum merito est celebrandum. **S**ecundo surgit scda virgo. s. ratio probabilis. dicens se velle hoc deducere per probabiles rationes. Primo quilibet in peccato originali constitutus. est prout dignus pena eterna. sed mater dei nunquam fuit digna pena eterna. g. 2c. Maior p. 3. xxx. dif. scdi. Minor patet quod non erat decens matrem dei esse in pena eterna. et contra heret talis effectus. ergo nec rationem causalem vel dignitatem ipsius. Secundo prima mulier fuit creata libera et non serua. s. dignior et nobilior fuit scda mulier quam prima. ergo ipsa creata fuit libera et non serua. Maior p. 3. xx. dif. scdi. Minor probat quod in ea incepit tempus plenitudinis gratie. p. 3. Luc. i. Tertio quolibet peccatum originale dicitur lamentationis et vere. s. maria nunquam habuit rationem lamentationis et vere. ergo nec peccatum originale. Maior p. 3. xxx. dif. scdi. Minor arguitur et aue angelico. quod coiter exponit sine vere Luc. i. Quarto maria habuit plenitudinem gratie. sed quidam magna gratia est preseruatio ab originali. ergo hec fuit in maria. Maior p. 3. Lu. i. Minor nota est. Quinto quolibet peccatum dicitur rationem corruptionis et tactus. sed maria nunquam fuit corrupta sed intacta. ergo nunquam habuit peccatum. Maior p. 3. xxx. dif. scdi. et minor est nota. nam oppositum est error heluidij. Sexto maria per filium suum perfectissime fuit redempta. sed perfectius est redimere a casu preseruando. quam per casum eleuando. ergo maria. fuit a casu preseruata ait Bern. sup. Can. et h. de. v. dif. scdi. Septimo maria fuit exempta a maledictione Eve. cui dictum est In dolo

re paries filios. ergo etiam exempta a maledictione ad eam cui dictum est Puluis es et in puluerem reuerteris. Ex quo probat sanctus Augustinus. quod non decuit mariam incinerari secundum carnem. ergo exempta fuit a maledictione utriusque quod minus decuit secundum mentem deformari et maculari. Octavo quod caro christi caro virginis ut ibi assumit Augustinus in sermone assumptionis. sed caro christi non fuit obnoxia peccato ut in se formaliter ergo nec caro virginis fuit obnoxia peccato ut in se vel in sui perfectitate. Nonne peccatum quodlibet dicitur de honestate et vituperium spirituale. sed maria nunquam habuit de honestate et vituperium spirituale ergo nec peccatum originale. Maior patet de se. Minor arguitur quod tunc rex filius eius impleuit circumcisionem et soluit legem decalogi de honorando parentes. Decimo quia rex eius filius antequam haberet rationem filiationis. eam honorauit ab infamia preseruando. Patet per Ambrosium. sup. Luc. ergo a fortiori preseruauit eam a culpa preseruando. Igitur iustissime rex patet quod maria non habuit originale. et persequens hoc festum merito est celebrandum. **T**ertio surgit tertia virgo scilicet patens auctoritas dicens ad hoc esse auctoritates potentes sanctorum. Nam Augustinus contra quingentes hereses ca. iij. de persona regis sic ait Si maria potuit in quinari cum ipsam faceret. potui ego in quinari cum ex ea nascerer. sed secundum non est possibile. ergo nec primus. Secundo Idem. iij. dif. tertij. Excepta maria virgine de qua propter honorem domini cum de peccato agitur nolo facere questionem. Tertio hieronymus in sermone assumptionis sic ait. Quicquid humanis potest dici verbis minus est a laude virginis. ergo tribuenda sunt virgini omnia privilegia exceptiua culpe vel peccati. Quarto Gregorius. in prosa. Felix namque es sacra virgo maria etc. Et in illa. Sancta et immaculata virginitas. ergo omnia attributa sunt sibi omnia privilegia exceptiua culpe. Quinto Anselmus de conceptu virginis sic ait. Decens erat ut ea puritate quam maior sub deo nequit intelligi niteret. Sexto beatus ambrosius in libro de virginitate beate marie dicit eam expresse ab omni peccato originali et actuali immunem fuisse. unde fuit per eam casula de thesauro regis intimata. Tunc rex ait sufficit. **S**urgit quarto quarta virgo. scilicet Lex canonica dicens se habere ad hoc decreta. Primo

quia ratione peccati qd mulier induxit/n concedit pro alio postulare. xv. q. iij. in de/ cretis. Sed marie hoc dicitur ex officio me/ diatricis. ergo abstrahit ab illa ratione pec/ cari. Secdo qui lege priuata. ff. ducitur / nulla existit ratio vt lege publica restringa/ tur in ea. due sunt. xij. q. ij. Sed Maria a principio sui lege priuata ducta est / g. zc. Tertio si aliqui recipiant in proprios et speciales subiectos / censentur exempti. in. c. Si papa. de priuile. li. vi. Sed maria fu/ it sic recepta in priuata et speciale matre filij dei a principio sui. ergo zc. Quarto cu sint iura obscura partiū. reo fauendū est poti⁹ q̄ actori. extra de regulis iuris in vi. Sed hec iura partiū sunt obscura. ergo marie fa uendū est. Quinto surgit quinta virgo scz lex civilis dicens se ad hoc habere leges Qm̄ princeps augustus est legibus solus. priuilegiata augusta p. ff. l. ij. se cō le. Pri ceptus. Sed summ⁹ augustus fuit solutus a lege p̄cupiscentie. ergo priuilegiata Au/ gusta. Itē in obscura voluntate manumit/ tentis. fauendū est libertati. de regulis iu ris. ff. ergo a fortiori in obscura ratōe inge nuitatis fauendū est libertati. Sed hec ē obscura ratio ingenuitatis marie in prin/ cipio sui. ergo zc. Et rex ait sufficit. Tūc surgit sexta virgo scz vera mat̄thesis dicēs. Hec puella a principio sui / in prima facie signi virginis apparuit mūda. et magni ani/ mi magniqz decoris. teste Albumazar lib. vi. maioris introductorij. ergo in sui prin/ cipio nō erat immūda et deformis. Item a sui principio lucebat pluris honestatis te ste Hasone. iij. de vetula. ergo erat sine ibo nestate et vituperio culpe. Item in p̄ceptō ne hui⁹ puelle prima facies signi virginis erat de signo virginis. nullus astrolog⁹ h̄ negat ergo puella hec q̄ erat signata erat vt tunc incorrupta et intacta fm̄ vtrūqz hoiez Item ad hoc facit machomer⁹ in alebora/ no azoara et dicēs. Nullus est de filijs adā quem nō tetigerit sathan p̄ter mariam et fi lium eius. Et rex ait sufficit. Tunc sur/ rexit septima virgo. s. vera poesis. ad hoc se habere dicens poetrias innumeras. Hā Sedulius li. i. in carmine paschali loqns poetice de maria sic ait. En velut e spinis. nobilis rosa surgit acutis. Nil quod ledit habens. vel quod obscurat honores. Sic ene de stirpe sacra veniente maria. Virgi/ nis antique facin⁹ noua virgo piat. Ergo

maria surrexit de spinis generis humani. omni lesione semota. sicut nobilis rosa e spinis. Item ad hoc facit poetria Daro/ nis vt supra. Item Hasonis. Item Petri comestoris vt supra. Item petri cretensis super Lucam. Uram nec maculā natura reliquit in ista. Item Alanus vt supra. Ultimo surgit octaua virgo pia fides. dicens. Pro ista conclusione sunt mirabi/ lia tua iustissime rex. ergo hec cōclusio est pia fide tenenda. cōsequencia patet cuz ta/ men non possis esse falsus testis. Antece/ dens arguit in miraculis Helsingi abbas. Item d̄ studente fratre regis vngarie. Itē de sacerdote in pago gallico. que ecclesia sponsa tua amplectis pia fide. Tunc in illa visione clamauit Rex. Adiuuro vos vt ametis mariam et om̄edatis quia tota pul/ cra. Nec susciteris nec dilectam puocenis quia amica mea. Nec denigretis. nec for/ mosam diffametis quia macula non est in ea. Tota eni pulcra es amica mea et macu/ la non est in te. sunt verba thematis p̄reas/ sumpti.

**Sequitur terti⁹ tra**

Æ

ctatus nostre cōsiderationis qui notat re/ sponsonem gaudiosaz ad sententiā famo/ sam. Ubi primo materia declarat. secudo sententiā p̄alatur. Nam post hec omnia i illa imaginaria visione surgit prima vetu/ la. s. lra occidens quasi rabida dicēs. quid ad rationes nostras que insolubiles sunt iustissime rex. Surgit ilico honestissima virginū. s. vera theologia dicens Ure ra/ tiones p̄tinent. xvij. defectus qui in scien/ tijs cōmuniter repellunt. Prim⁹ est qz non distinguitis inter vniuersale simplici/ ter et vniuersale accōmodū. sicut discit. elvi di. primi. c. v. Vniuersale simplicit̄ distri/ buit simpliciter. vt omnia que voluit deus fecit. Vniuersale accōmodū distribuit fm̄ quid. vt deus illuminat omnē hominē ve nientē in hunc mundū. quod intelligit so lum de illuminatis fm̄ Aug. infra eodem ca. Et sic tales. Dēs declinauerūt. Omnes peccauerūt. Omnis homo mendax zc. di/ cunt vniuersale accōmodū. Secdo de/ defectus est quia nō distinguitis inter exem/ ptum de iure. et exemptum de priuilegio et de facto vt in. l. princeps. ff. de le. Nam au/ gustus est simpliciter. augusta de priuile/ gio. Et sic intelligitur. Non est qui faciat

## Verbo factus sancto

bonū nō est yscz ad vnū scz qui sit exempt<sup>9</sup>  
simpliciter. et hoc patet. cū text<sup>9</sup> ibi loquat<sup>9</sup>  
de exceptione actuali. ¶ Tertius defect<sup>9</sup> ē  
quia nō distinguitis inter redemptionem  
elevantē. et redemptionē preseruantē. Si  
cut distinguit beatus Bernard<sup>9</sup> sup Lan.  
ser. lv. Primo mō redempta est būana na  
tura. scdo mō angelica. patet infra eodē ser  
mone. Et sic de maria credim<sup>9</sup>. patet ergo  
qz nō omnis redēptio est a culpa. ¶ Quar  
tus defectus est. qz non distinguitis int<sup>9</sup> ra  
tionem causale et rationē formale. sicut di  
stinguit. cxxi. dif. scdi p Ambros<sup>9</sup>. Nam ra  
tio causalis nō includit simplr rationē for  
male. Nota infra eadē dif. p mgrm. c. fina  
li. Ubi ponit in primo conceptū puerpes  
rium habere rationē causale peccati origi  
nalis. et nō formaliter. Et sic pōt intelligi  
qz maria habuit fomitē peccati in illo con  
ceptu quo ad legē. ppagantiū. sub qua fuit  
cōcepta. sed non habuit fomitē formaliter  
in primo conceptu feminis vt prolis. nec  
vt in scdo vt semis vt caro. nec in tertio. s.  
infusionis anime. ¶ Quintus defectus ē  
quia nō distinguitis inter mortē incinera  
tionis. et mortē pseruationis. sicut distin  
guit Augus. in sermone assump<sup>9</sup>. Prima  
mors est pena peccati. patet Beñ. iij. pul  
uis es et. sed scda mors abstrabit a pecca  
to quantū abstrabit ab incineratōne. et ta  
lis fuit mors marie fm Augusti. ibidem.  
¶ Sextus defectus est qz nō distinguitis  
inter purgationē et mūdationē/ab immū  
dicia. et a priuata potētia. sicut cōmuniter  
distinguit. it. dif. scdi. de purgatione ange  
lica que nō fuit ab immūdicia. sed a priua  
ta potentia. Et sic cōcedit maria purgata.  
mūdata et sanctificata. ¶ Septim<sup>9</sup> est qz  
non distinguitis inter legem priuatam et  
legem cōmunē sicut in. c. Due sunt leges.  
xiiij. q. i. in decretis. Ideo cum dicit<sup>9</sup> si ma  
ria fuisset mortua ante filiū. de iure cōmū  
ni iuisset ad limbū sed dubius est de facto.  
Nec ē minus sibi potuit aperiri porta ce  
li vt tunc. qz in via vt credit a nōnullis/ eā  
vidisse in hac vita deū dare per essentiam.  
¶ Octauus defectus est. quia nō distigui  
tis inter legem cōcupiscentie. ppagantium  
et prolis ppagate. sicut notatur p aliquos  
doctores. iij. dif. tertij. Nam primo mō ca  
ro xpi fuit obnoxia peccato sicut reliqz ca  
ro. patet in. c. i. iij. dif. iij. Sed scdo modo/  
vtraqz scz marie et xpi fuit pseruata. ¶ Flo

mus defect<sup>9</sup> qz nō distinguitis inter solutō  
nem decime ppter gratiā pseruantē. vel p  
pter gratiā elevantē. vt dicit per nōnullos  
doctores. iij. di. tertij. c. iij. Nam maria sol  
uit christo decimā ppter gratiā pseruantē  
nō a casu elevantē. ¶ Decimus defectus  
est. quia nō distinguitis inter penā tractā  
vel inflicā ex culpa vel ex causa. sicut dicit<sup>9</sup>  
tur. xv. di. iij. Nam scdo modo scz ex causa  
multas penalitates contraxit maria s; nū  
qz ex culpa sua. ¶ Undecimus defect<sup>9</sup> est  
quia nō distinguitis inter exceptiuā et ex  
clusiuā simpliciter et accōmodatā. sicut  
distinguit. xli. dif. i. Nam illa. nemo nouit  
filium nisi pater/nō est exceptiuā simplici  
ter. qz non est ibi exceptiuā notionalis vel  
etiā essentialis fm aliquos. sed exceptio ac  
cōmoda. qua excipiunt omnes illi quibz  
iure hoc non competit vel de facto. Et sic  
sunt intelligende tales. Solus xps fuit li  
ne originali. i. solus simpliciter et de iure  
quia solus august<sup>9</sup> est lege solutus in. l. pri  
ceps. sed nō sol<sup>9</sup> de facto. infra. e. l. ¶ Duo  
decimus defectus est. qz non distinguitis  
inter dictum determinatū et concionatū si  
ue disputatū. sicut dicit Eccl. i. cui ibi nos  
tatis. vbi Salomon quāqz loquit in perso  
na fatui. siue in psona opponentis. Et sic  
Anselm<sup>9</sup> in scdo Cur deus homo. loquit  
de maria in psona bosonis disputantis. qz  
in peccato concepit eū mater sua. Sed p<sup>9</sup>  
oppositū determinat in libello de pceptio  
ne virginis. Et in epla ad suos coepisco  
pos. ¶ Decimus tertius defect<sup>9</sup> est qz non  
distinguitis inter dictū assertū et opinatū  
Sicut distinguit in. c. Noli nimis. dif. ix.  
in decre. Nam aliter recipienda sunt dicta  
sanctorū cū loquit dubie. aliter cū loquit  
assertiue. Propter hoc Bern. qz in epla ad  
canonicos Lugdunē dubie locut<sup>9</sup> est. dis  
cendo hoc festū nō esse celebrādū. Nā in fi  
ne eple sūmittit se et suū dictū examini ec  
clesie romane. et certū est ecclesiā romanā  
iam facere illud festū. ¶ Decimus quartus  
defect<sup>9</sup> est qz nō distinguitis inter inesse et  
inuisse. sicut distinguit. ix. di. ij. c. iij. sicut  
qz āgeli ceciderūt d ordinibz nō qz inessent  
sed inuisent. Sicut dicit maria mortua  
ppter petm p augustinū. nō qz in fuit sed qz  
inuisset si nō pseruata fuisset. ¶ Decimus  
quintus defect<sup>9</sup> est qz nō distinguitis inter  
ius naturale et ius gentiū. Sicut distigui  
tur di. i. in decretis. Nam maria nō fuit ex



empta a iure nature vt imaginat apparen-  
tia legis, sed fuit exempta a iure gentium. ex  
quo captiuitates et feruilitates emanat. in  
fra eodē ca. v. ¶ Decimus sextus defectus est  
q̄ nō distinguitis inter habitū et sūtū. Si-  
cut distinguit porretanus in libro sex pri-  
cipioꝝ. Nam aliter cōsiderat maria vt ha-  
bituatur in vestitu deaurato psalmo. xliiij  
et sic se habuit a principio sui. Aliter vt si-  
tuata habens in manibꝫ vestimenta vetu-  
sta vt dicit falsa mathesis, quod nō signat  
veterē hominē mariā induisse, sed euange-  
licam paupertatē. ¶ Decimus septim⁹ de-  
fectus est q̄ nō distinguitis inter superficies  
et medullā. Vel sensum in quo fit et sensus  
quem facit. Ut distinguit in ca. martino.  
l. q. i. p. Hieronymū. Nam multa sunt sup-  
ficie contra sacra scripturā expresse/ quæ ta-  
men sunt catholica. et eorū opposita hereti-  
ca. Notum enī est ecclesiā approbasse om-  
nia dicta sanctorū. sed non vt superficialiter  
sonāt. nec in omni sensu quē faciūt. ¶ Ul-  
timus defectus est q̄ nō distinguitis inter  
causam totalē et causam partialem sicut di-  
cit auctor de causis p̄positione prima et cō-  
mentator ibidē. Nam lex concupiscētie p̄pa-  
gantū non est causa totalis vt peccatum  
originale sit in carne vel in anima p̄pagate  
prolis. Nec sequit hoc est p̄pagatum fm le-  
gem concupiscētie. ergo in peccato origina-  
li. Unde non sequit formaliter. tres pueri  
sunt in camino ignis. ergo patiunt ab igne  
ergo nec sequit formaliter. A propagat in  
igne concupiscētie ergo patitur originale.  
licet sequat de lege cōmuni. Maria autez  
fuit concepta de lege priuata spiritus san-  
cti que prima cōcepta fuit hodie sancta in  
suis originalibꝫ principijs fm Anselmū.  
Hodie concepta est stella celi. hodie conce-  
pta est palma virginū hodie concepta est  
ianua celozū. ¶ Igitur triplex conceptio  
marie videtur hodie celebranda. Nam ho-  
die fuit concepta vt in suo originali prin-  
cipio. Nec sequitur ibi affuit libido pro-  
pagantū. ergo peccatū in prole propaga-  
tur vt supra. Secūdo fuit concepta in car-  
ne mūdissima. Tertio in creatione et infu-  
sione anime. Et d̄ istis hodie celebratur fe-  
stum. Nec sequit. Nō fuit hodie illa vel il-  
la cōceptio. ergo non debet hodie celebrari  
nam ecclesia de p̄suetudine habz anticipa-  
re vel postponere festa ex certis causis et rō-  
nabilibꝫ. alias nō posset rationabiliter ce-

lebrari in die lune cum cadit in dominicā  
quod est falsum. Item alias nunq̄ celebran-  
da esset octaua in qua cantat hodie sicut i  
die. Item tunc nō esset hodie celebrauduz  
festum cōceptionis p̄ sanctificatione. quia  
quo tempore fuit sanctificata ignorat vt  
dicit sanct⁹ thomas tertia pte sūme. ¶ Et  
sic inquit theologia. patet q̄ rationes v̄re  
nō sunt insolubiles. ¶ Tunc rex de solio  
suo pulit litis sniam in hec verba Ansel-  
mi in epistola cōceptionis virginis. Eru-  
bescant omnes insensati. qui tantū diem.  
tanta mysteria ac sacramēta. tenebris igno-  
rantie excecati/ ideo respuunt celebrare/ q̄  
viri et mulieris copulatio. in virginis cō-  
ceptione p̄sistit. Nō enī est verus amator vir-  
ginis. qui respuit colere diē sue cōceptionis  
Nec Anselm⁹. Cui⁹ virginis veros amatores  
nos facere dignet dñs n̄r Iesus dei patris  
et ipsius virginis marie vnicus filius. qui  
cum eodem deo patre. et spiritu sancto vi-  
uit et regnat in secula seculozū Amen.

## Bermo de sancto

Bernardo editus a magistro Jobāne de  
geron cancell. parisiē.

**H**alcite me floribꝫ. stipate me  
malis. quia amore languet.  
Scriptū ē in epitaphio sp̄s  
si et sp̄se quod ad exercitiū diu-  
ni amoris p̄positū est. et ab il-  
lo cui⁹ nūc sermonē habituri sum⁹ diuini  
verbis expositū. quod et nūc legit ecclia i lau-  
dez singularis sp̄se xpi virginis gloriose  
Lan. ij. c. ¶ Si nō capit amoris v̄ba fri-  
gidū peccat⁹ vt scriptura loq̄t (amore ose bern)  
Si te eodē teste liguagiū amoris n̄ amās  
nō intelligit pl⁹ q̄ latin⁹ barbarū. q̄ pacto  
spes erit d̄ algido. imo gelato pectore meo  
q̄ amoris vnq̄ flāmantia v̄ba depromat.  
q̄ eloquiū ei⁹ sit ignitū vehementer/ q̄ ver-  
bū instar helie vt facula ardeat. Necessari-  
us ē igit ignis ille amoris quē dñs misit i  
terrā volens vehementer accēdi. Necessari⁹  
dixerim tū vobis ad capiēdū verba amo-  
ris. tū p̄cipue mihi ad illa capiēdū simul et  
loquendū. ¶ Te v̄o beatissimū bern. esse  
vnū ex p̄sortio ignitoꝝ illoꝝ spirituzū q̄s  
seraphin scriptura noiat ego pia fide tenēs  
obsecro iā et obsecro p̄ amorē tuū. q̄tin⁹ sū-  
pro calculo ardēt de altari illi⁹ cui⁹ ignis  
est in syon. et caminus in hierusalem/ qui  
est non cupidus falsus/ sed verus dilectōis